



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pugna Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. VI. De duplici voluntate in homine: & de continua inter ipsas pugna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



gis David, cùm diceret: Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram.



## CAPVT VI.

*De duplici voluntate in homine:  
& earum continua inter  
se pugna.*

*Volun-* **S**cire oportet te, dilecte fi-  
*tas ra-* li, duas in nobis esse volun-  
*tiona-* rates: alteram Rationis, quæ  
*lis.* & rationalis, & superior vo-  
*Sensua-* luntas dicta est: alteram Sen-  
*litas.* sualitatis, quæ dicitur sensua-  
lis ac inferior voluntas: Item-  
que Sensualitas, Appetitus,  
Con-



Concupiscentia, Caro, Passio, & alia his similia.

Est quidem utraq; hæc voluntas hominis & in homine: *Sola voluntas*  
 sed cum ob solam facultatem *luntas*  
 Rationis homines dicamur ac *rationalis*  
 simus; nunquam aliquid volu- *homi-*  
 isse (vt vt Sensualitas illud ve- *nẽ com*  
 lit ac appetat) dici, haberique *mẽdat,*  
 debemus; donec superior vo- *aut re-*  
 luntas nostra, quæ cum Rati- *um fa-*  
 one coniuncta est, in istud cõ- *cit.*  
 sentiat, ac pariter velit.

Ex hac varietate oritur vni-  
 versa nostra spiritualis pugna. *Pugna*  
 Nam cum superior voluntas *Chri-*  
 nostra ac Ratio, media sit in- *stiane*  
 ter voluntatem Dei, quæ su- *causa.*

C 6 pra

id  
id

fi

ne:

fi-  
n-  
uæ  
o-  
n-  
a-  
n-  
is,  
n-



pra eam est, & Sensualitatem,  
quæ sub ea est, ipsamque inde-  
finēter ad malum tentat ac al-  
licit: Idcirco ytraque & Dei  
voluntas, & Sensualitas no-  
stra, contendunt voluntatem  
nostram ad suas partes pertra-  
here; & nunc quidem illa, nūc  
hæc eam sibi subijcere & obe-  
diētem reddere molitur. Hæc  
pugnam nobis manifestavit S.  
Paulus Apostolus, cum dice-  
*Gal. 5.* ret: Caro enim concupiscit  
aduersus Spiritum, Spiritus  
autem aduersus carnem. Hæc  
enim sibi inuicem aduersan-  
tur: vt non quæ vultis, illa fa-  
ciatis. Et alibi. Condelector  
enim



enim legi Dei secundum inte- *Rom. 7*  
riorem hominem: Video au-  
tem aliam legem in membris  
meis, repugnantem legi men-  
tis meæ & captiuantem me in  
lege peccati, quæ est in mem-  
bris meis.

Nihilominus omnibus ho-  
minibus, qui aut virtutibus ve- *Pugna*  
rè sunt præditi, aut è contra- *hac ali*  
rio in peccatis suis perseuerāt; *quibus*  
pugna ista haud difficilis acci- *facilis.*  
dit. Qui enim virtutibus sunt  
præditi, hi postquam Dei vo-  
luntatem intelligunt, mox ei-  
dem consentiunt, obmurmu-  
rantemque Sensualitatem cõ-  
pescunt. Impij autem contrà,



62 CAP. VI. Pugna

Sensualitatis suæ appetitum sequuntur, & contradicentem voluntatem Dei non audiunt. Sed illis, qui hactenus quidem peccatis fuerunt dediti, nunc autem ea deserere, atq; à mūdi & carnis suæ delitijs, (ur deinceps in amore ac cultu Dei & Domini nostri Iesu Christi, vitam piè transigere queant) semet proponunt segregare: pugna hæc satis difficilis accidit.

*Pugna hæc quibus difficilis.*

Quoniam interior inspiratio ac pulsus, quem ipsorum Ratio supernè à volūtate Dei suscipit: & graues contraditiones seu motus aduersantes, vel



vel tentationes, quas infernè  
à sua Sensualitate debet tole-  
rare; vtrinque tam potentes  
sunt, vt Ratio inde in graues  
redigatur angustias: merito-  
que cū Apostolo clamare pos-  
sit: Infelix ego homo, quis  
me liberabit de corpore mor-  
tis huius?

*Rom 7.*

Nemo autem se feliciter  
pugnare arbitretur, Deoque  
dignè seruire; nisi probè in-  
structus ac paratissimus sit ad  
æquanimiter tolerandos oñes  
dolores, quos ob derelictas  
priores suas voluptates transi-  
torias, perniciosasque (cum  
quibus iam rationalis volun-  
tas

*Quis le-  
gitimè  
certet.*

tas



*Causa  
rela-  
psus.*

tas eius certat) in seipso expe-  
ritur. Etenim inter alias hæc  
præcipua causa est, cur multi  
ad Perfectionem veram non  
perueniant, quòd doloribus,  
quos in principio conuersio-  
nis suæ & derelictionis prauo-  
rum affectuum ac desideriorum,  
in seipsis præter spem sustinent;  
nolunt resistere, nec contra  
eosdem (quòd more truculē-  
torum militum p̄ insidias ipsos  
inuadant) Rationis gladio vo-  
lunt pugnare: sed potius mise-  
rè turpiterque dant terga, ar-  
mæque abijciunt, & in hosti-  
um manus, durius deinceps  
tractandi, denuò se victos  
tradunt. Et



Et hinc deprehenditur quidam valdè periculosus, nec minus perniciosus dolus, quem perpauci animadvertunt. Multos enim videre liceat, qui dū vitam spirituales inchoant; *Unde spiritu* initio actiones suscipiant, quę *alus vi-* ipsis præ alijs gratę sunt: cū *ta in-* potius hęc vitam inchoare *choano* deberent à notitia naturalium affectuum ac desideriorum Sensualitatis suę: primumq; contra ista certamen subire ac persequi, donec Rationis imperio ea penitus, quatenus in hac quidem vita fieri potest, subiecissent.

CA-